

Catullus

III

Lūgēte, ō Venerēs Cupīdinēsque,
 et quantum est hominum venustiōrum:
 passer mortuus est meae puellae,
 passer, dēliciae meae puellae,
 quem plūs illa oculīs suīs amābat. 5
 Nam mellītus erat suamque nōrat¹
 ipsam tam bene quam puella mātrem,
 nec sēsē ā gremiō illius² movēbat,
 sed circumsiliēns modo hūc modo illūc
 ad sōlam dominam ūsque pīpiābat; 10
 quī nunc it per iter tenebricōsum
 illud, unde negant redīre quemquam.
 At vōbīs male sit, malae tenebrae
 Orcī, quae omnia bella dēvorātis:
 tam bellum mihi passerem abstulistis. 15
 Ō factum male!³ Ō miselle passer!
 Tuā nunc operā meae puellae
 flendō turgidulī rubent ocellī.

at (conj.), but

bellus, -a, -um, pretty, charming, lovely

circumsiliō, **circumsilire**, —, —, leap about, hop

Cupīdō, **Cupīdinis**, *m.*, Cupid, god of love, son of Venus

dēliciae, -ārum, *f. pl.*, delight, darling, sweetheart, beloved

dēvorō (1), swallow up, gulp down, devour greedily

domina, -ae, *f.*, mistress

flēō, **flēre**, **flēvī**, **flētus**, weep (for)

gremium, -ī, *n.*, bosom, lap

lūgēō, **lūgēre**, **lūxī**, **lūctus**, mourn, grieve, lament

mellītus, -a, -um, honeyed, honey-sweet

misellus, -a, -um, wretched, pitiable

ocellus, -ī, *m.*, (little) eye

opera, -ae, *f.*, work, service, attention; (abl.) fault

Orcus, -ī, *m.*, Orcus, the underworld; the god of the infernal regions, Orcus or Pluto

passer, **passeris**, *m.*, sparrow

pīpiō (1), chirp, cheep, peep

sēsē = **sē**

rubeō, **rubēre**, —, —, be red

tenebrae, -ārum, *f. pl.*, darkness; infernal regions

tenebricōsus, -a, -um, full of shadows, gloomy

turgidulus, -a, -um, swollen

ūsque (adv.), continuously, without interruption

Venus, **Veneris**, *f.*, Venus, goddess of love

venustus, -a, -um, charming, pleasing

1. **nōrat** = **nōverat**

2. The second *-i-* of *illius* often scans *short* in poetry.

3. Here, elision does not occur between the final *-e* of *male* and *Ō*. When conditions for elision are present but no elision occurs, this is called *hiatus*.